

P Et in vi. Syn. c. 29. Burch. l. 13. c. 8. Ivo, p. 4. c. 41.

VIII. Item ex Concilio LAODICENSIS, c. 50 P. [an. 320. in Phrygia Pacatiana.] De eodem.

Non oportet in Quadragesima, quinta Feria ultima hebdomadae jejunium dissolvi, & totam Quadragesimam inhonorari: sed per totos hos dies jejunare, & ecclis abstinenciae convenientibus, id est, aridioribus uti.

PITH. 9 Quinta Feria, &c.] Prisca versio, quintam Feriam ultimam hebdomadae dissolvi. Grac. 17. 10 In bono vari. V. C. honorari. 11 Hos.] Deest in meo Cod. 12 Id est, aridioribus.] Deest in meo Cod.

IX. Item ex Concilio AGATHENSIS, c. 12. [an. 506. in Gallia.]

Exceptis diebus Dominicis in Quadragesima non solvatur jejunium.

Placuit, ut omnes Ecclesie filii, exceptis diebus Dominicis, in Quadragesima etiam die Sabbati sacerdotali oratione, & 15 discretionis communiione jejunent.

CORR. ROM. a Oracione.] In Concilio legitur, ordinatione, & distributionis comminatione jejunent: sed ob Glossam non est mutatum.

PITH. 13 Fiii.] Deest in V. C. Sabbati.] V. C. Sabbato a Sacerd. 15 Et.] V. C. a. 16 Communiione.] V. C. comminatione, alii, distributionis comminatione, vel discretionis comminatione.

X. Item ex Concilio NICENO, c. 20. [an. 325. in Bithynia.]

Nec in die Dominico, nec in diebus Pentecostes in oratione genua stentur.

Quoniam sunt in die Dominica quidam ad orationem genua stententes, & in diebus Pentecostes statutum est a sancta Synodo quoniam consona, & convenientis per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est ut stantes ad orationem vota Domino reddamus.

PITH. 17 Pentecostes.] V. C. Quinquagesima.

XI. Item LEO Papa IV. [c. an. 850. Romae.]

Quo tempore ab esu carnis sit abstinendum.

De esu carnis apud vos vetustissima, & non improbanda traditio semper est tenenda, ut a cena termino, quae fit in principio noctis quarta Feria, quae lucebit in quarta Feria, usque ad diluculum quinta Feria, & similiter a cena noctis sexta Feria, quae lucebit in sexta Feria, non imperite jejunatio usque ad Sabbatum lucem, quantum de die parte aliquis jejunare maluerit, vel debuerit, protrahatur.

PITH. 18 Papa IV.] Add. V. C. Episcopi Britanniae. Vide Siebert. an. 714. 19 Quae lucebit in sexta Feria.] V. C. perpendicular. 20 Lucem.] Add. V. C. vel.

XII. Item GREGORIUS dilectissimis Civibus Romae, lib. 11. Epist. 3. [an. 602. Romae.]

Nec die Sabbati feriandum, nec die Dominico lavacrum est prohibendum.

Pervenit ad me quosdam perveris spiritibus homines prava inter vos aliqua, & sanctae fidei adversa feminae; ita ut die Sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud, nisi Antichristi Praedicatores dixerim? qui veniens diem Sabbatum, atque Dominicum ab omni facit opere custodiri. Quia enim mori se, & resurgere simulat; haberi in veneratione vult diem Dominicum: & quia judicare populum compellit, ut exteriorum Legis ritum revocet, & sibi Judaeorum perniciam subdat; coli vult Sabbatum, & paulo post.

PITH. 21 Dilectissimis.] Add. V. C. suis. Citatur a Nicolao ad Consulta Bulg. c. 10. 22 Luxuria.] V. C. luxu animi.

XIII. Item INNOCENTIUS Papa, Epistola prima ad Decentium, c. 4. [an. 416. Romae in Umbriam.]

Ob reverentiam sepulchri Dominica Sabbato jejunare debemus.

Sabbato vero jejunandum esse ratio evidentiissima demonstrat. Nam, si diem Dominicum ob venerabilem Resurrectionem Domini nostri Jesu Christi non solum in Pascha celebramus, verum etiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta Feria propter Passionem Domini jejunamus; Sabbatum praetermittere

non debemus: quoniam a inter tristicium & letitiam temporis illius videtur inclusum. Nam utique Apostolos bido isto & in merore fuisse, & propter metum Judaeorum se occulisse. Quod utique non dubium est tantum eos jejunasse bido memorato, ut traditio Ecclesiae habeat isto bido Sacramenta penitus non celebrari. Quae utique forma per singulas tenenda est hebdomadas, propter illud quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant femel, atque uno Sabbato jejunandum; ergo & Dominica, & sexta Feria femel in Pascha erit utique celebranda.

PITH. 23 Sabbato.] Angustin. Epist. 86. ad Casulanum, Hieron. ad Licinium, Socrat. lib. 5. c. 21. 24 Utique forma.] V. C. forma utique. 25 Dominica.] V. C. Dominicum. 26 Celebranda.] V. C. celebrandum.

XIV. Item MILCHIADES Papa ad Episcopos Hispaniarum, c. 3. [an. 314. Romae in Hispaniam.]

Die Dominica, & quinta Feria non est celebrandum jejunium.

Jejunium Dominici diei, & quintae Feriae nemo celebrare debet, ut inter jejunium Christianorum, & Gentilium, veraciter Credentium, & Infidelium, atque Haereticorum vera, & non falsa discreto habeatur.

PITH. 27 Jejunium.] Vide Microlog. c. 5. Albin. de Septuag. Martin. Polon. &c. 5. Pars. Eusebius Emili. in bono. Pentecostes. Polyc. ibid. Ivo, p. 4. c. 27. Pann. l. 2. c. 176. Conc. Gangrense, c. 18.

XV. Item ex Concilio CAESAR-AUGUSTANO, c. 2. [an. 380. in Hispania.]

De eodem.

NE quis jejunet die Dominica causa timoris, aut perfusionis, aut superstitionis: nec Quadragesimarum diebus ab Ecclesiis Fideles desint: nec habitent in latibulis cubicularum, ac montium, qui in suspitionibus perseverant; sed exemplum, & praecipuum custodiant Sacerdotum, & ad alienas villas agendorum conventum causa non veniant. Ab universis Episcopis dictum est; anathema sit, qui haec commiserit.

CORR. ROM. a Timoris.] Hoc exponitur in Glossa. Sed in Concilio est, causa temporis, id est, quoniam dies Dominicus sit. De qua re habetur supra dist. 10. c. si quis tanquam, & c. fin. Legitur etiam in Pontificali Damasi, ideo Miltiadem fanxiste, ne quis die Dominico, aut Feria quinta jejunaret; quia eos dies Pagani, quae sacrum jejunium celebrabant. Et apud Burchardum, lib. 19. imponitur poenitentia ei, qui die Dominica jejunet propter abstinentiam, & religionem.

XVI. Item ex DICTIS S. Apollonii, c. 388. in Aegypto.]

Quarta, & sexta Feria sunt servanda jejunia.

Jejunia sane legitima, id est, quarta & sexta Feria non sunt solvenda, nisi grandis aliqua necessitas fuerit: quia quarta Feria Judas de traditione Domini cogitavit, & sexta Feria crucifixus est Salvator. Videbitur ergo, qui in his diebus sine aliqua necessitate solverit statuta jejunia, vel cum tradente tradere Salvatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere. Die autem Dominica nihil aliud agendum est, nisi Deo vacandum. Nulla operatio in illa die sancta agatur: nisi tantum hymnis, & palmis, & canticis spiritualibus dies illa transigatur.

CORR. ROM. Caput hoc habetur apud Palladium in vita Apollonii Abbatis. PITH. 28 Die autem Dominica.] V. C. Desolat. Hac ex Statutis Patrum.

XVII. Item INNOCENTIUS Papa, Epist. 1. ad Decentium, c. 7. [an. 416. Romae in Umbriam.]

Quinta Feria ultima hebdomadae Quadragesimae poenitentiae remissionem accipiant.

De poenitentibus vero, qui live ex gravioribus commissis, live ex levioribus poenitentiam gerunt, si nulla interveniat aegritudo, quinta Feria ante Pascha eis remittendum Romanae Ecclesiae consuetudo demonstrat.

PITH. 29 De poenitentibus.] Refert Albinus de Divin. Offic. cap. de Cena Domini. Vide Centur. tom. 9. p. 478.

XVIII. Item FABIANUS Papa Orientalibus Episcopis, Epist. 2. [c. an. 420. Romae in Orientem.]

Signis ante quinta Feria ultime hebdomadae Quadragesimae novum Christum consuevit.

Literis vestris inter cetera insertum invenimus, quosdam Regionis vestrae Episcopos a vestro, nostroque ordine dis-

crepare, & non per singulos annos in Cena Domini Christum conficere. Intra. Errant vero, qui talia excogitant, & mente vesana potius, quam recta sentientes haec audent. Intra. §. 1. Sicut enim ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda; ita ipsius sancti Christum confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum Sacramentum est per singulos annos, & jam dicto die innovandum, & vetus in sanctis Ecclesiis cremandum. Ita a sanctis Apostolis, & successoribus eorum accepimus, & vobis tenenda mandamus.

CORR. ROM. In originali res copiosius explicatur, quam aut Gratianus, aut Ivo faciunt. PITH. 30 Sentientes, &c.] V. C. sentiente bac audium. Et jam.] V. C. in jam.

XXIV. Item ex Concilio CARTHAGINENSIS, c. 7. [an. 398. ibid.]

Dies Pascha, Concilii formularum subscriptione omnibus intinetur.

Placuit ut dies venerabilis Pascha formularum subscriptione omnibus intinetur: dies vero Concilii XI. Kal. 8 Novembris fervetur. Scribendum est etiam ad singularem quorumcumque provinciarum Primates, ut quodcumque apud se Concilium congregant, istum diem non impediant.

CORR. ROM. a Concilii.] In aliquot vetustis est, Concilii. In originali impresso haec est hujus Capituli rubrica, De tempore Paschali seu Concilii: in codice Canonum in indice capituli 40. Concilii Africani, Diem Pascha, & diem Concilii mutandum. In Graeco, c. 74. id est, Ut dies Pascha in die Synodi annuntietur. In Africano autem (etiam in codice Canonum) & Carthaginensi Graeco est, X. Kal. Septembris. PITH. 34 Quodcumque.] V. C. quando.

XXV. Item ex Concilio BRACARENSE II. c. 9. [an. 572. in Hispania.]

Cum in Concilio omnia statuta fuerint, futurum Pascha annuntietur.

Placuit ut postquam omnia in Concilio Sacerdotum fuerint ordinata; illud omnimodis observetur, ut superventurum ipsius anni Pascha quoto Kalendarum die, vel quoto Luna debeat suscipi; a Metropolitanis Episcopis intinetur. Quod ceteri Episcopi, vel Clerus reliquis Breviculo subnotantes, unumquique in sua Ecclesia adveniente Natalis Domini die adstante populo post Evangelicam lectionem annuntiet.

PITH. 35 Quoquo.] V. C. quo.

XXVI. Item ex Concilio ARELATENSIS I. quod confirmavit Papa Silverter 36, c. 1. [an. 319. in Gallia.]

Per Orbem universum uno die, & uno tempore Pascha celebratur.

De observatione Pascha Domini statuimus, ut uno die & tempore per omnem Orbem observetur: & juxta consuetudinem Literae ad omnes dirigatur. PITH. 36 Quod conf. Pap. Silve.] Haec absunt in V. C. 37 Domini.] 2. V. C. Dominici. Vide Ambros. 10. Epist. 83. Socrat. lib. 5. c. 21. 38 Literae, &c.] 2. V. C. Literae.

XXVII. Item GREGORIUS Severo Episcopo Massiliensi, lib. 9. Epist. 9. [an. 600. Romae in Galliam.]

De imaginibus Sanctorum non violandis.

Perlatum ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo succensus, Sanctorum imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, confregissent; Et quidem, quia eas adorari vetuisses, omnino laudavimus: fregisse vero reprehendimus. Dic frater, a quo factum Sacerdote aliquando auditum est, Ivo, p. 3. quod fecisti? Si non alius, vel illud te non debuit. Pann. l. 2. esse crederes, & sapientem? Aliud est enim picturam adorare: aliud per picturam historiam, hoc idiotis praefat addicere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praefat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant: in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Unde & praecipue Gentibus pro lectione pictura est. Unde & praecipue Gentibus pro lectione pictura est. Unde & praecipue Gentibus pro lectione pictura est. Unde & praecipue Gentibus pro lectione pictura est.

XXVIII. Item in SEPTIMA c. SYNODO, c. 6. [an. 787. in Bithynia.]

Imagines Sanctorum memoria sunt, & recordatio praeteritorum.

Venerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque servant eis, ut Diis, neque spem salutis ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum judicium: sed ad memoriam, & recordationem primitivorum venerantur eas; & adorant: sed non servant eis cultu Divino, nec alicui creaturae. PITH. 39 Eit.] Absent in V. C.

XXIX. Item HADRIANUS Papa Tarasio Patriarchae, in actione 2. ejusdem septima Synodi. [an. 785. Romae Constantinopolim.]

Non in Agni, sed in hominis specie Christus est figurandus.

Stextam sanctam Synodum recipio cum omnibus Canonibus suis, in quibus dicitur. In quibus picturis sanctarum imaginum Agnus Praecursoris digito ostensus depingitur, qui in figuram gratiae tranlit, & verum nobis per Legem Moyfi demonstrans Agnum Jesum Christum Dominum nostrum. Antiquis ergo hujus, & umbris, ad veritatis prafigurationem sanctae Ecclesiae traditis, vale dicentes §, gratiam, & veritatem praefertimus, & sic plenitudinem Legis recipimus. N n n ij

9. Pars. Ivo, p. 4. c. 5.

10. Pars. Polyc. ibid. c. 53. Ivo, p. 2. c. 68.

m. al. 4. Reg. 2. n. al. sacra aqua.

o. Epist. 1.

11. Pars. Ivo, p. 4. c. 3. & 145. q. al. solennitatis. 775.

f. Epist. 1. ad Theophilum. Et in Aurelian. IV. c. 1.

f. Polyc. l. 2. tit. 10. § 17. Walfridus Strabo, c. 26. Burch. l. 4. c. 3. Ivo, p. 1. c. 198. § p. 4. c. 4. n. al. aliter gerant.

n. al. clarificati.

x. Et in Africano c. 40. & Aurasiaco c. 19.

8. Pars. Polyc. l. 3. tit. 25. Ivo, p. 4. c. 28. Pann. l. 2. c. 137.

8. Pars. Polyc. l. 3. tit. 16. Ivo, p. 2. c. 73.

8. Pars. Polyc. l. 3. tit. 16. Ivo, p. 2. c. 73.